Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ideo inparabolis loquor eis: quia uiden
tes non uident. & audientes non audiunt.
neq; intellegunt: Et adimpletur in eis
prophetia ysaie dicens: Auditu audietis.
& non intellegitis: Et uidentes uidebitis.
& non uidebitis. Incrassatum est enim cor
populi huius & auribus grauiter audierunt.
& oculos suos cluserunt. Nequando uide
ant oculis. & auribus audiant. & corde
intellegant. & conuertantur: & sanē eos.
Vestri autem Beati oculi quia uident: &
aures uestre quia audiunt. Amen quippe
dico uobis: Quia multi pphete & iusti
cupierunt uidere que uidetis. & non ui
derunt: Et audire que auditis. & non au
dierunt. Vos ergo audite parabolam
seminantis. Omnis qui audit uerbum
regni & non intellegit: uenit malus. & ra
pit quod seminatum est in corde eius.

T. cxxxiii. R. i M. xxxvii L. lxxvii o l. c viiii.
T. cxxxiiii. v L. c. xx.
T. cxxxv R. ii M. xxxviii L. lxxxviii.